

IN MARI OCEANO (Hai Thuong Tan Thur) Magistri Phan-Hoang epistularum series

Epistula secunda: AO-CHOANG TRANG-SI-VIET De boni Vietnamitici equitis veste

CHI-KIEM discipulis
et etiam Pro Pace Instructoribus, Viet-Chi Post, Vo Viet Journal

HAEC SERIEI 'IN MARI OCEANO' SECUNDA EPISTULA EST

In isto autumnali tempore, anno MMVII, per Europoam peragro ab Idibus Octobribus usque ad Idus Decembres. Deinde Okinawam ibo. Ibi manebo usque ad Idas Ianuarias anni MMIX et multos alios Nipponicos locos circumibo. Cum meos discipulos in meis tam longis peregrinationibus cogitem, epistularum seriem eis missurus sum. (Phan-Hoang)

[PRIMAE EPISTULAE pars secunda]

In prima epistula Ao-Choang, id est longam tunicam quam Trang -Si- Viet induunt, accurate descripsi. Istam vestem, quamquam togam vocare possum, antiquo Vietnamitico nomine appellabo, i.e. Ao-Choang. Eius origo in monachorum Buddistorum veste est, i.e. lingua sanskrita 'Kassa' lingua vietnamitica 'Cà-Sa'. Monachorum Buddistorum kassa flavum vel vividum fuscum est, latius quam Ao-Chang quod TSV induunt, nullum ornamentum habet. Vietnamitorum equitum, i.e. TSV, Ao-Choang cinereum aut ceruleum austerum est, lineamentis, signis, nominibus aliquando ornatum.



Ao-Chang usus varius est, nam TVS, cum frigus est, illo se implicant vel caput velant, dum per diu sedent defixi vel cum in propatulo dormiunt. Praecipue in itineribus eo complicato utuntur ut pulvino cum sedent mente defixa.

Ut declarent quanti faciant eos qui praesunt, Ao-Chang humi sternunt et abiciunt ad eorum pedes.

Cum vestem (kiem-phuc) mutant coram omnibus, eo corpus abdunt.

In itinere Ao-chang utuntur veste vel aliter, ut sacco, ubi sua condunt, praecipue gladium (kiem), ne quis eum videat.

In pugna Ao-chang utilissimum est.

-Primum, hostis vix gladium TSV eiusque formam genusque intellet.

- Secundum, hostis quomodo TSV corpus protexerit, quibus armaturis (exempli causa ho-tam-kinh), si secum habeat armas ut pugionem vel bacillum non videbit.

Ao-Choang utile est ad gladii fulgor abdendum vel ad hostem avertendum.

TSV i.e. Vietnamiticus eques permagni suae vestis (Ao-Choang) sententiam signumque facit Signum est HONOS (DANH-DU) Sententia est: 'Cum Ao-Chang induerim, meam fidem TSV causae confirmo, et eius tribus maximis virtutibus: DUNG-LUOC, THANH-YIN, DO-LUONG'

Istorum verborum translatio facile non est. Solam speciem nunc adumbraturus sum:

DUNG-LUOC: FORTEM ESSE, SAPIENTEM ESSE

THANH-TIN: VERUM ESSE, FIDELEM ESSE

DO-LUONG: UTILEM ESSE, PATIENTEM ESSE

In proximis epistulis de kiem eiusque significatione locuturus sum.

[Phan-Hoang]

Latine reddidit Daniela Mazzon - Hoang Mai